Rufus à partibus Labeonis & Nervæ erat Proculus, qvō tempore etiam aliis erat Cassius Longinus Ordinis Eqvestris postea Prætor factus Proculi verò authoritatem fuisse majorem, plurimumq; potuisse pomponius hīc refert. † Sunt qui in l. 2. ff. de Legat. & fidei commiss. 2. proculi patris mentionem fieri existimant, qvod vanum, luculenter enim ibidem Celsus loquitur, qvod ipse à suo Patre acceperit. Procul dubio hic ille est Proculus qui Sergiō Galbā multis vulneribus confosso, Otthonis partes secutus, ab Ottone rerum potito præfetus Prætorio & Equitum, peditumq; copiis præpositus fuit, qvō facit Pomponius, eum multum Romæ potuisse dicens. Divi Fratres eum apud Ulpian. in l. si libertus 16. ff. de Jure Patronat. non levem Juris autorem fuisse appellant. Iterum Capitonis Massurii Sabini, Gaji Cassii Longini partes juvabat Celsus Sabini, qui sub Vespasiano plurimum valuit, ejus meminait Ulpianus in l. 17. §. 1. & 2. ff. de AEdilit. Edet. Tacit. lib. 17. refert ei Ottōnem consulatum trimestrem cum Flavio Sabino destinasse à Calend. Maii ad Calend. Julii vid. Gell. lib. 7. cap. 4. Labeonis verò Nervæ & Proculi opinione tuebatur Pegasus, qui temporibus Vespasiani præfetus Urbi fuit, & Consul. cum Fusione cuius rei author est Justinianus in §. Sed quia s. Inst. de fidei commiss. bered. qvōd tamen in annalibus hodie non reperitur, author tamen extitit Sc̄ti Pegasi de quo pluribus alibi.

De ceteris Jurisconsultis, qvos ad Salvium usq; recenset Pomponius, notandum † qvod Priscus Jabolenus Pauli fuerit Praceptor, qvod visitur in l. an manumittere ff. de manumisi vindicta. Floruit autem sub Antonini temporibus, Celsus Pater & Filius sub Trajano & Adriano, Jabolenum ergo contrà ordinem Celsis. 347. præponit Pomponius, quia hi Imperatores duo Antoninum pium charat illos in idem sedatio tempore. Gg. præ-

præcesserunt. Fuit *Celius* filius bis Consul. primum cum Clodio Crispino sub Trajano Anno U. DCCCLXV. post sub Trajano cum Julio Balbo An. U. DCCCLXXXI. post Christum natum CXXXI. Fertur & Consul. cum Neratjo Marcello in l. 3. C. de serz. Reipubl. veritatis & æquitatis eximius sectator audit, ut non dubitaverit à Patris sui sententiâ nescio quæ æquitatis ratione discedere in l. 3. §. 7. ff. de *Condit. caus. dat.* Extat ejus rescriptum in l. Pater 29. ff. de *legat.* 2. & l. Domitius ff. de *Testament.* De *Prisco Neratio* pauca tetigi suprà.

His ICtis opiniones & Sententias suas acriter tenentibus diversæ sectæ enatae sunt. Singuli enim suis Antecessoribus adhærentes dissensionem auxerunt. ¶ Unde Sectæ Sabinianorum, Cassianorum, Proculianorum & Paganianorum, &c. *Jura miris modi turbârunt*, ut forsitan hanc ob rem arbitrio Imperiali opus tandem fuerit, constitui quibus ICtis de Jure respondere licet, cuicq; credendum foret, quem de Jure publice respondendi honorem primus à Tyberio Massurius Sabinus auctoritate Imperiali asseditus est, & ex illo tempore peti hoc pro beneficio cepit. Ideoq; optimus princeps Hadrianus cum ab eo Viri Prætorii peterent, ut sibi licet respondere, rescriptis eis hoc non peti, sed præstare solere, atq; ideo quæ studiorum suorum fiduciam haberent, ad hoc munus obeundum se præpararent.

Acta mala Dispersio 39. f. D. Comp. sc. Confir. 7. Circa hæc quæ ad §. 47. & seqq. diximus observandum venit. 1. ¶ Omnem dissensionem & contrarietatem in Jure nostro natam esse à Capitonis & Labeonis simulatione. Fuit autem hic *Antistius Labeo* qui sub Augusto & Tiberio floruit, non Domitius Labeo qui sub Adriano vixit, quem graviter objurgatum à Celso legimus in l. Domitius 27. ff. qui testam. fac. poss. Illius Labeonis meminit *Tribonianus* in l. 40. §. 4. 5. ff. de *Condit.* & demonstrat

40. l. 2. ff. de aqua pluv. l. 1. §. præterea ff. de aqua quotid. & astiv. ¶ Factiōnum autem & sectarum, quas cum Capitone seminavit, vestigia visuntur in §. item pretium Instit. de Empt. & vendit. l. 1. ff. rer. amotar. l. 26. ff. de legat. 1. §. cum ex aliena Instit. derer. divis. l. 7. §. 2. ff. de acquir. rerum l. 14. in p. ff. de Jur. Codicill. l. 138. l. 115. §. item si quis 2. ff. de V. O. l. illud quoq; 40. ff. de petit bared. l. 11. ff. de acquir. rer. domin. l. si duo qz. §. 3. ff. de solvi. l. Quod certarum 3. C. de Postbura.

bum. hered. Inst. §. Is qui Inst. de Mandat. & simil. 2. † Non opti. 41. § 96. 97.
 mam laudem esse communi inhærente, sed tum demum si legibus
 & rationibus sit fundata, potest enim scepè unius & quidem dete-
 rioris sententia esse melior & multas & maiores in aliquā parte su-
 perare. Constat de concept. ff. §. 6. tantum enim credendum Do-
 CTORIBUS, quantum probant legibus. Batt. in l. 9 §. liberationis
 n. 2. de liberat. leg. † Opinio rationi contraria secundum Just. 42.
 Lips. vana & rationis imago, & umbra male consulens, male
 judicans. lib. de constant. cap. 4. & 1. Idem ait cap. 9. Risimus stultos,
 qvos custos aut Magister alligabat straminis vel exigui fili nodo:
 atq; illi stabant quasi feroe aut verā compede devincti. Similis
 est eorum amentia, qui futili nudæ opinionis adiguntur, vin-
 culo ad certam alicujus opinionem. † Ut ut autem de consuetudi- 43.
 ne communem in foro sæpe seqvamur, cavendum tamen est at-
 tendere ne à verā Juris ac Legum ratione recedat, alioquin qui
 ita communem seqvitur, veritatem odit & nugas vendit, † qui 44.
 verò communem ratione subnixam negligit litem suam facit. Bart.
 in l. 2. n. 1. ff. de pœn. Judic. qui male iudic. 3. † Publicam de Jure 45.
 respondendi autoritatem & subsignationem sub Augusto cæpisse,
 antea qvemlibet privatum consultum pro juris scientiæ fiducia re-
 sponsitasse. Qvod autem hic dicitur Massuriū primū à Tibe-
 rio respondendi Jura nactū esse, cum Augusti indultu non pu-
 gnat, Massurius enim ille primus fuit, cui Tiberius jus hoc con-
 cesserat, Augustus autem in genere hoc constituit, ut qvo major
 Juris haberetur ratio & Principis autoritate JCti responderent.
 Tiberius in specie concessit Massurio, Adrianus postea voluit præ-
 standum esse hoc munus, ut is, qui beneficium hoc peteret, etiam
 Jura optimè calleret. Qvod ita placuit ultra qvatuor secula ab hoc
 Tiberio Imperatori Leoni, qui hos solos in ordinem togatorum seu
 advocatorum cooptari sanxit, qui ab antecessoribus eruditio-
 testimonium, præeunte examine, accepissent l. nemini §. Juris-
 perius ff. de advocat. divers. Judic. Tac. l. 3. C. de Advocat. divers. Jud.
 Unde justa & laudabilis, etiam consuetudo est illorū Tribunalium
 majorum, qvā ad hoc officium non admittitur nisi ad minus Li-
 centiatus testimonio in publica Academia qvadam acquisito deco-
 ratus

- 45.
- ratus sit, Turpis & indigna nobilissimis hisce tribunalibus est coha
suetudo, ubi quilibet recipitur Rabula, qui nihil nisi fumum in ore
tenet, quod effutitò totus sermo evanescit, nullius eiusquam
eruditioñ remanente memoria.
46. Ultimo refert Pomponius & Salvium Julianum JCTum Me-
diolanensem gente illustri natum & post Ofilium Capitonis Prä-
ceptorem Edicti perpetui sub Adriani Imperatoris authoritate l. 2;
47. C. de Veter. Jur. erud. consummatorem. & Centum libris studiosè vo-
lumen collegit, cuius methodum in 7. partes distributam compila-
tores ff. esse imitatos, Hermogenianus in l. 2. ff. de statu Hom. Et
Tribonianus in Constit: de Confirmat. ff. ad senat. s. i. in fin. te-
stantur.
48. Hie Salvius & Nepotem habuit Didium Julianum qui Hæli-
um Perfinacem Imperatorem in Palatio nemine contradicente
interemit. Qvò occiso Imperium ipse occupavit & postquam
septem mensibus imperarat, à Septimio Severo apud Pontem Mil-
vium interfactus, Imperium qvod sangvine repente qvæsivit, san-
gvine citò perdidit. & Hic Septimius Severus Latinè & Græcè im-
pensè fuit doctus: Matheeos peritus, & quem humili ac plebejo
loco natum, per literarum & militarum officia plurimis gradibus ad
Imperium fortuna traduxit. Coras. ad. l. senatorem 3. n. 6. de se-
nator. & Salvius noster bis Consul. fuit, qvod tradit Spartanus,
ex qvò forte hoc desumpsit Corasius qui eum primâ vice asserbit
Consulem cum Plautio Sylvano A. U. DCCCXCIII. alterâ vice
septennium pôst. Verum ego eum demum Consulem invenio
cum Bellico Torqvate A. U. 900. X. Imperii Anno Antonini Pii,
Antonini enim Pii & Divorum Fratrum temporibus vixit,
atq; ita cum invenio alterâ vice Consulem cum Calphurnio Pi-
sone A. U. DCCCCXXVII. sub Antonini Philosophi & L. Ælia
51. Antonii Imperii anno XV. & Adriani tempore edictum perpetuum
qvod ante Ofilius cœperat, feliciter Salvius perfecit, qvod Justinianus
confirmavit in l. 2. C. de Veter. Jure enuel. ubi sublimissimum
legum & Edicti perpetui conditorem eum appellat, qvod reperit
in l. si quis 10. C. de condic. Indeb. Summumq; Jurisscientiaæ au-
thorem in l. antequam C. de Iusfr. Ipse Salvius Julianus se Javo-
leni

Ieni auditorem & discipulum fuisse testatur in l. 5. ff. de manumis.
 wind. atq; ita hæresin ~~Labeatis~~, sectamq; *Paganorum* secutum
 deprehendimus. Qvatum studium ad compilandum Edictū per-
 petuū contulerit, diximus alibi. Videatur à de Edicti illius perpetui
 ordine Labyttus, & Giphanius in sua cœconomia. Offendere se au-
 tem solent studiosi in ejus lectione, quasi perplexo & obscuro ni-
 mis Edicti perpetui ordini indulserit. Qvicqvad sit Edictum opti-
 mo ordine & methodo qvin sit conscriptum, non est dubitandum,
 num vero Tribonianas illam fuerit pœq; secutus, hoc est qvod
 diffitemur, qvod non obscure constat ex constitut. de Concept.
Digestor. 5. cum bac. 5. 5. sed qvia 18. *Constit. de confirmat. Digest.* &
§. Tertio. 4. de Rat. & Metb. Jur. cui non adversatur Hermogenianus
 in l. 2. ff. de stat. bom. Hæc enim Verba sunt Hermogeniani
 non Triboniani. Ille pollicetur se velle Epitomen Juris, qvod ipse
 suo tempore perscripsit, ad ordinem Edicti perpetui aptare,
 qvod indiget illius l. 2. *Inscriptio* num autem Tribonianus
 in compilatione Digestorum ipsum Hermogenianum vel edictum
 perpetuum exactè secutus sit, non asserimus, experimur enim
 qvam malè tituli nonnulli in seriei continuatione quadrant, ut la-
 boris, & operæ non modicæ sit mediocrem invenire harmoniam:
 † Ad extremam Julianus noster pervenit senectutem, nimirum 52.
 ad Antonini Commodi XIX. Imperatoris tempora, & qvamvis
 Septimus Severus in odium Didii Juliani, qui XXI. Imperator
 numeratur, Edictum perpetuum aboleri jussit, minimè tamen
 obtinuit: † Statua Juliano nostro posita fuit cum Græco Epi- 53.
 grammate, de quo vide Alciatum lib. 2. disputat. c. 27. Memora-
 bilis ejus vox est qvam refert Pomponius in l. apud Julianum 20.
ibi. Nam ego descendit cupiditate, qvam solam vivendi ratio-
 nem optimam, in octavum & Septuagesimum annum ætatis du-
 xi, memor sum ejus sententiæ qui dixisse fertur: *νοὶ δὲ Τὸν ἔπει-
 τρον πόδα ἐντῇ σφρῷ ὅχλῳ περσυμάστην πέπλοιμην* hoc est, et si alterum
 pedem in tumulo haberem, non pigeret aliqvid addiscere.
 Tam incredibilis fuit hominis descendit aviditas, ut saturari
 non potuerit.

54. Miror autem † Pomponium qvod in Salvio Juliano subfti-
terit. Pomponius enim fuit Consiliarius Alexandri Severi / cir-
ea A. C. CCXXII. vel ut alii numerant CCXXV. Imperatoris
inter Ethnicos XXX. in qvo temporis Interstitio post Salvium
famigerabiles floruisse JCtos Pomponio non incognitos, indu-
55. bium est. † Vixit enim sub Antonino Pio, *Vindius Verus: Ulpianus*
Marcellus: L. Volusius Martianus. Sub Commodo & Pertinace
imo & Antonino Philosopho Impp. *Servidius Scaevola, Tertullianus.*
Qui fuit Consul cum Fl. Clemente A. U. DCCCCXLVII.
Unde SCtum Tertullianum. Hotomannus *Tertullianum* Anto-
nini Pii temporibus ascribit, Consulatumq; gessisse cum Tuginio
Sacerdote A. U. DCCCCIX. sed certe & eundem sub Pertinace
Consulem invenio, ut dubitate subeat, primo, an secundo Con-
sulatu suo SCtum hoc factum sit.
56. *Caracalla* † Bassiani tempore qui fuit Filius Septimii Se-
veri 3. Imperatoris post Julianum circa Annum Christi CCXI.
floruit *Papinianus.* Qui Severo fuit amicissimus, ejusq; qvod
quidam volun^te, per secundam Uxorem affinis, omnium fere
Juris consultorum Antesignanus jurisq; thesaurus. Pacian. de
probat. lib. 2. cap. 13. n. 42. Verum cum Parricidium Im-
peratoris Caracallæ in Getam Fratrem commisum, excusare
nollet, Caracallæ jussu à militibus securi percussum est, qvo fa-
cto Imperator percusori dixit: Gladio te oportuit exeqvi me-
57. um jussum. † Praefectus Praetorio in trigesimo aetatis anno in
supremo dignitatum culmine secundum à Principe locum te-
nens, tantæ integratæ, justitiae & candoris extitit, ut maluerit
Vir optimus mortem oppetere, quam facinus Principis nefan-
dum fucata exculpatione adulator obregere. Rarissimam pro-
bitatem! Quem eorum & qui Christianum nomen profitentur
Christianisq; Principibus adiungunt, tale de se exemplum præbere,
aut præbuisse unquam cognovimus?
58. *Domitius Ulpianus* † Egregius legum vertex l. 2. in ff. de *Excu-*
satione. sub Alexandro severo Imperatore floruit, ex Syria Phœ-
nicio splendidissima Tyriorum Coloniâ oriundus, quam nobilem
regionibus, serie seculorum antiquissimam, armipotentem, &
fœde-

Ulpianus.

fœderis, qvod cum Romanis percussit, tenacissimam, ipse multis
nominibus depraedat in l. 1. ff. de Censib. Addit, sibi Imperatorem
Severum Jus Italicum dedit. Fuit Imperatori gratissimus eumq;
adversus militum Impetum paludamentò texit & nihilominus ut
Dion testatur, interfectum, Imperator luxit. Hujus fuit con-
siliarius & cum Paulo, Fabiis &c. & Pomponii Collega qvos in con-
tinuatione ad Rubric. recensui, Jura interpretatus est, qui ipse
cum suis collegis in corpus Juriis receptus † & tamen Pomponius 59.
hos omnes eodem tempore viventes verè oscitantes, vel ex Invi-
dia omisit, ut ut modestia causa sui ipsius non meminisset. †
Hoc vitii habuit Ulpianus, qvod Christianam religionem summo 60.
odio insectatus fuerit, contra verò Imperator ejus Alexander
Christiano cultui addictissimus, horis matutinis in lavario ma-
jori Christi effigiem coluit, constituerat etiam Christo templum
formare, & inter Deos recipere Lamprid. in Alexand. Præter hos
memorat Lampridius & alii JCTos Junium Frontinum: Tarrucium:
Macerium: Ætinium: Eicastonem: Terentium: Clementem: Menan-
drum: Archadium: Ruffinum: Papyrium: Frontonem: Antianum:
Maximum. Singulariter tenendum † magnum adjumentum esse Jura 61.
interpretanti temporum ac annalium habere notitiam, Cæsarum
& JCTorum ætates moresq; distingvere didicisse, ex qvâ causa
multi ex JCTis antiquis hallucinati sunt, tum & † qvia multi 62.
crediderunt Compilatores leges suas ex authoribus integras &
incorruptas redigisse, nilq; qvicquam interpolasse † cuius rei 63.
exemplum est in Accursio in l. filium 64. in fin. ff. de acquirend.
vel amitti. hered. ubi se mire torquet, & non advertit illa verba fi-
nalia non esse JCTi Javoleni sed Compilatorum, qui ea ex Pau-
lo & Proculo desumpserunt, atq; in tercia persona loquuntur &
Javolenum contra Labeonem defendunt. Hujusmodi Infinita
reperias. Itidem l. si u qui pro Empto ff. de Usucap. ex diversorum
fragmentis compilata est. Ipse † Bartolus Papinianum, Diocle- 64.
tiani & Maximini legem ignorasse negat, l. precibus C. de Impub.
qyasi post illos vixerit. † Paulus à Castro in l. fin. Cod. de Institut. 65.
Substitut. eum sub Augusto Cælare vixisse, & à M. Antonio ne-
catum,

66. *etatum, qyæ sane valdè inepta, & tantorum luminum Justitiae & Juris testimonio indigna... Error † initio levis videtur, sed in Jure interpretando magnas parturit in fine tenebras. Ulpiani lex in Modestinum desinit, Scevole in Claudium & Tryphoniam: Labecnia in Fabolenum: Papiniani in Paulum: Marcelli in Ulpianum.*
67. *Hi sunt illi Jcti, † qvi Impp. temporibus sub Cesare, Augusto, Tiberio, Vespasiano, Nerva, Trajano, Adriano, Antonino, Caracalla, Bassiano & Alexandro Severo famæ æternitatem meriti, in ff. à Compilatoribus recepti sunt. Ante Impp. vixit Papirius: Appius Claudius, Hermodorus, P. Sempronius Tuditanus, Coruncanus, Scipiones, Elius, Nasica, Attilius & alii à Pomponio relati de qvibus diximus in Diffut. 8. Qvicunq; namq; Jcti tempora Ciceronis attigerunt & post ejus fata floruerunt sub Impp. vixisse intelliguntur, qvi Cicero circa ultimum Iulii Caesaris & primum Imperii Augusti annum trucidatus est; Inter hosce numero L. Cæliam Antipatrem Co. Mutium Scevolum augurem & Pontificem Maximum: C. Aqviliū Gallum L. Balbum, & alios qvos memorat Cicero & Pompon. usq; Salvium Julianum; Plurimi ut modo dixi sub Antonino pio, & Alexandro Severo præter hosce conspicui fuerunt qvorum fragmenta in Corpus iuris redacta sunt. Erant hæc tempora Juris Consultorum fecundissima & fertilissima, qvicqvad enim Pandectarum Jura continent, his potissimum Jctis acceptum ferendum est. Hi iura interpretati sunt, & qvicunq; modo studiorum suorum fiduciam habuerunt, respondit autem de Jure ante Augusti tempora in vim Juris nemo.*
68. *Sicuti enim † non omnium olim Interpretationes Juris vim obtinebant, nisi esent de Collegio Pontificum, de qvibus in Pandectis nonnulla extant vestigia, in historiis plura; Ita & Impp. tempore non omnium responsa pro Jure obtinebant, nisi qvibus ob perspectam & probatam eruditionem hoc esset specialiter ab Impp. concessum, vel qvorum scripta & responsa postea, ut Corpori Juris insererentur digna visa fuere.*
69. *† Responderunt autem ad singulas facti species, non per generales*

tales regulas processerunt (qua ratione totam artem Juris faciliiori & breviori opera perstringere potuisserent, si per universalia præcepta & axiomata irè visum fuisse) pro ut ex facto singulis occurrerant, & ex casu dato consulebantur. Ab eo tempore † usq; ad Justinianum per annos circiter 550. maxima fuit re-
sponsorum authoritas, (verum † series Jurisconsultorum vera
ab Alexandro Severo ad Justinianum non habetur) ut Judici ab ea
Jurisconsultorum opinione recedere non licet §. 9. In I. de l. n.
g. & C. donec Justinianus non omnium, sed quorundam probato-
rum Jurisconsultorum responsa & scripta per Tribonianum ejusq;
Collegas Pandectis inserere curaret, cæteris suo loco relictis.

Selectum † I. Ctorum ante Justinianum alios etiam Impe-
ratores habuisse videtur in Codice Theodosiano ubi Imp. Theo-
dosius & Valentin. Papiniani, Pauli, Caji, Ulpiani arg. Modestini
scripta universa firmamus, Item Scavola, Sabini, Juliani atq; Mar-
celli, omniumq; quos illi celebrarunt, ubi autem diversæ sententiae
profersuntur, numerus vincat auctorum, vel si numerus equalis sit,
ejus pars præcedat auctoritas, in qua excellentis ingenii Vir. Papi-
nianus emineat, qui ut singulos vincit, cedit duobus. Notas Pauli
& Ulpiani in Papiniani corpus infirmari, sententias tamen (ut dicuntur)
semper valere præcipimus lib. i. tit. 4. Quorum igitur † respon-
sa in Corpus Juris sunt redacta, vi legis pollent, non quidem
per se, sed quatenus Imperator hæc omnia approbando & jubendo
sua fecit, præsertim si certa, nec dissonantia quærelam fovent,
Hinc † dicuntur Jurisconsulti auctores Juris l. i. S. in p. C. de
comm. serv. manumis. l. nulla C. de Procurat. Sacerdotes Justitiae
l. i. §. i. ff. de l. & f. Prudentes §. 9. insit. de l. n. g. & civil. l. fin.
§. 1. de Curat. furios. dat.

Tanta † hæc I. Ctorum auctoritas tempore Justiniani & post
ejus tempora subinde suppressa, & ferè emortua est, non tan-
tum Occidente à Gothis occupato, sed & Gothis & Longobar-
dis devictis recuperato, donec Jure Romanô ab Irnerio I. Cto
authoritate Lotharii Imp. occidenti restituto, hucusq; Dd. re-
sponsa non necessariam, sed probabilem rationem Juris inducant,
in illum effectum, ut vi duo responsa pro se adducit probabi-
lem

Iem litigandi causam habere dicatur, ut si forte eadat causa, absolvatur ab expensis.

- Hoc jus † bōdie confertur tam in docendo, disputando,
 76. Interpretando, respondendo, & consultando, cum solenni ritu
 in Academiis, privilegio hoc vel ab Imperatoribus Romanis vel
 Papa gaudentibus publicē Doctores in utroq; Jure creantur, pro
 statutis Academiarum duabus aut tribus examinationibus, le-
 ctionibus publicis, disputatione insuper publicā eruditionem
 suam cum omnium applauſu comprobārunt, qvod jus crean-
 dorū Doctorum sub Lothario vel paulo post cepisse vulgo
 creditur. Doctoribus namq; in Academiis publicē promotis,
 vel Licentia decoratis propriè competit jus publicē de Jure respon-
 dendi, ac consultandi. Licentiatis quidem, qvod eingendus habet-
 tur pro cincto, licet enim eis dignitatem Doctoralē petere quando
 voluerint. Petr. Gregor Tholosan. de art. Jur. c. 34. n. 18. p. 556.
 Sunt, qvod hic obiter moneo, Licentiati duorum generum. Qvi-
 dam sunt ita promoti Licentiati solennitate adhibitā, qvæ paulum
 à Doctorali differt, nisi qvod biretun seu pileus non imponatur.
 Cupner. ad Auth. Habita. C. Ne Filius pro Patr. Hi per omnia fere
 conseqvuntur Doctorū Iura & privilegia. Matth. Stephan. de Ju-
 rūdīt. t. 4. n. 48. Dn. Lans. de Academ. fol. 7. Et pro Doctoribus ha-
 bentur in favorabilibus, non vero odiosis. Ruttg. Ruland. part. 1.
 de Comiſſ. lib. 1. c. 14. Qvidam autē sunt Licentiati non in illo gra-
 du promoti, sed tantum privatim & publicē examinationi adeo, ut cū
 alio qvovis tempore supremū Doctoratus gradum ulterius appre-
 tunt, aliā repetitā examinatione non opus sit, de qua re bene disse-
 get Lymnæus in Jur. publ. lib. 8. c. 8. n. 41. Licentiatis ergo &
multo magis Doctoribus, qvi supremum habent dignitatis Litera-
 riæ gradum, hujus de jure Respondendi habent competentiā, pro-
 pter promotionē namq; ab aliis togatis vulturibus habentur se-
 lecti, quem selectū habuit primum Augustus Imp. deinde Hadri-
 anus, Theodosius, & Justinianus, nil minus tamen aliquando
 & corvi & Cornices Rabulares de Jure respondent, & ad forā
 convolant, ut rapiant, orphanorum, viduarumq;e cruentem ex-
 fugiant, deglutiant, & hoc omne sub Advocatorio paludamento,
 vide-

videant ergo Dicasteria; & Judicia; ut recipiant Advocatos dia-
 gnos non indignos, honestos, non maleferiatos. Sed de his satis.
 † Solennitates in publica creatione Doctorum solent esse 77.
 Quatuor, 1. Liber clausus & apertus, ut Doctorem oporteat Jura
 memoria tenere libro absente, & ut possit & debeat Jura publi-
 ce legere, vel de eo consultus respondere. 2. † Annulus aureus ut 78.
 nihil impuri ipsum deceat, qvo vel juris vel facti ignominia
 dedecoretur, neve in vita & moribus sui opinionem apud pro-
 bos gravet. Tum & ut consultus responsa annulo subsignet,
 qvæ subsignatio ab Augusto primū promanavit. † Veteres an- 79.
 nulō signatoriō utentes vel capitis effigiem, vel præclarum ali-
 quod à se gestum ei insculpebant, ne memoria eorum interiret,
 sed apud familiam permaneret l. 22. §. 5. ff. Qui testament. fac. posse.
 Hinc Scipionis Africani agnatos è manu Scipionis ignobilis an-
 nulum detraxisse legimus, in qvo caput Africani erat inscul-
 ptum. † Præter signatorium annulum usi Romani aliis orna- 80.
 tus gratia. 1. argumento §. ornamenta ff. de aur. & argent. legat.
 Ab initio ferreum duntaxat gestare licuit annulum, qvo & Tri-
 umphantes usi, ipse Senatus non nisi ferreos annulos in digitis
 habuit, nisi quis Reipublicæ causa esset allegatus, foris aureo,
 domi ferreo utebatur. † Succedente tamen tempore promiscuus 81.
 annulorum usus factus est, qvòd deprehenditur ex Livio qui
 refert ex historia pugnæ Cannensis Annibalem ex devictis &
 cæsis Romanis tres modios aureorum annulorum confecisse,
 eosq; Carthaginem misisse lib. 23. Victoria hæc contigit A. U.
 538. Porro † jus aureorum annulorum libertis datum est, ut 82.
 ingenuitatis Jura conseqyerentur. l. 10. §. Patronum ff. de in Jus
 voc. l. 1. & tot. tit. de Jur. aur. annul. l. 1. & 2. C. eod. † Hoc loco
 obiter addendum, veteres Græcos annulum habuisse in digito
 manus sinistræ, qui minimo proximus est, qvod ab eo nervus
 tenuissimus ad cor perveniat, atq; sic cor propter innatam auri
 virtutem roboretur. Gell. lib. 10. cap. 10. 3. † Pileus seu Birrhus 83.
 qvod ex inscitiz servicie in libertatem scientia sit receptus, &
 officiis publicis præesse, Regibus & Principibus assidere dignus
 sit Manumittendi enim apud Romanos ad pileum vocabantur.

Hh 2

Sveton.

Sveton. in Tyber. & Plaut. in Amphit. ut ego hodie raso capite
 84. calvus accipiam pileum. Sciendum autem t olim Romanos nu-
 dō capite fuisse & caput veste velasle præterq; in Saturñalibus,
 in qvibus pileum g̃erebant, neq; apud Romanos ullæ veterum
 statuæ cum pileo visuntur. Eustat. lib. 1. Odyss. Heroicō enim
 illō seculō hujusmodi capitis tegmina usitata non erant. 4. Os-
 85. culum t ut admoneatur ad charitatis pacis & concordiae studium;
 ut ex lite jura struat, non ex Jure lites, ut sit Jurista, non Jur-
 gista, ut à probris & injuriis calamum, oraq; temp̃eret per l. qvā-
 quis 6. §. 1. C. de Postu. ut legibus & rationibus militans realia
 curet, verbalia fastidiat, seq; hoc ipsō ab impura at foetida Ra-
 bularum fece segreget, qvod à cordatis Doctoribus merito ob-
 86. servatur. t Sed scio hæc Doctorum insignia alios aliter expli-
 care, qvorum suum cuiq; sit judicium.
 87. t Doctoratus dignitatē t Justiniani tempore in usu fuisse
 exemplo Theophili conūcere liceat, qvem Justinianus appellat
 virum Clarissimum Comitem Sacri Consistorii & Juris in alma
 urbe Constantinopolitana Doctorem s. n. de nov. evd fac. nisi for-
 te ibidem per Doctorem intelligat Professorem, qvi sine gradu
 esse potest, eò qvod & alibi Theophilum Magistrum ap-
 pellitet, qvæ appellatio Doctoribus apud scriptores non
 88. est inusitata Alciat. t Hodiè & Magistri legitimè in Aca-
 demiis promoti Doctores dieuntur in sua facultate Philosophi-
 ca, qvia illius respectu ad altiorem honoris gradum promove-
 ri non possunt, salvâ tamen facultatis ejusq; prærogativâ.
 89. t Num igitur t Doctores ut vocant Bullati hōc titulō digni?
 Multis non displiceret, neq; nobis, & certe ratione conferentis
 differentia magna non subest, si de promovendi qualitate & eru-
 ditione constat, ipseq; in præsentia ad minimum trium Docto-
 rum bene examinatus & probatus Cephal. Consil. 128. vol. 1.
 à Comite Palatino, hoc speciale Privilegium diplomati suo in-
 fertum habente, honorem consecutus est. Verum non desunt
 dissentientes qvi qvidem ut hisce Doctoribus precatiis nihil de-
 90. rogant t fatendum tamen ajunt, si unquam in creatione Docto-
 rum fraus & conniventia subverenda, in horum Doctorum crea-
 tionē

*N. Ea deficiunt subiecta creatione regitur. t Lectorum examinatioz plenarii & Examinatores. Additione
 grauamento depositant, representare. t Pireth. t Cathedra. t Liber.*

*Gatha stant
 Guis. Pap. de c. 388.
 Col. fals. p. 1. Soc. 1.
 1. 1. 1. sp. 1. 1.*

tione suspicandam esse, siquidem candidati etuditio non tan-
cum per examinationem privatam claviculariam, sed examinationem collegialem, publicam disputationem, & lectiones com-
modè exploratur, qyam Comes Palatinus in suo creando vel
omittit vel adeo accuratè observare non potest. Diserte enim Imper-
ator Constantinus in l. magistros C. de Professor. & Medic. ait, qvis-
quis docere vult, nec temere, nec repente profiliat ad hoc munus, sed
Judicio ordinis probatus Decretum Curialium mereatur, opti-
morum conspirante consensu. Requirit & Colerus † ut pro- 91.
motores juramentō suō deponant Candidatum sufficientem esse,
ut croceus pileus in signum splendoris imponatur ejus capiti, ut
ei tradatur Cathedra pro investitura possessionis. Ut libertan-
qvam materia doctorandi, in qua se exerceat, ipsi aperiatur, qvæ
omnia in Bullatis dicit desicere per Guid. Pap. Decis. 338. n. 18
ubi plura alia addit. Et † qvamvis Comites suis Bullatis pro 92.
more nonnunq; pileum imponant, librum tradant, fit ta-
men hoc in loco illegali & suspecto, neq; investitura in cathe-
dra expeditur, qvæ privatio reqvistorum actum totum suspe-
cum facit, & dubiosum. Traditionem verò annuli, osculi
& benedictionem non esse de substantia, addit Guid. Papa d. de-
cis. 338. n. 11. apud Coler. d. loco. Insuper † præsumptio juris 93.
est contra Bullatum studiorum suorum fiduciam non habere
dum se censuræ approbatæ Academiarum publicarum subdu-
cendo, ad qvas ubiq; ei (nisi res angusta domi obstat. Am-
putandi nimii illi Academicci sumptus, queis non raro præcla-
risima ingenia ob auri penuriam deterrentur, ac imperiti &
indigni səpiuscule propter aurum promoventur) patet aditus,
in clandestinis & privatis Comitis cujusdam Palatini ædibus
Jura & privilegia querit, qvod innuit Alvis. de Albert. Doctor
consecutus gradum à Principe, præsumitur indoctus, ideoq; post-
ponitur examinatio. Singul. 121. per Paulum de Castr. in l. qvoties C.
Abi Senatus vel Clariſt. † Hinc forte est qvod propter præsum- 94.
ptam qvandam inhabilitatem, qvæ in Bullato subverenda com-
muniter fere traditur, Bullatum ad officium adsesorum Ca-
meræ Imperialis non aspirare posse, nec privilegiis Doctorum

q̄ibus alij gādēnt, frui , nec in ordinē Ecclesiasticū , nec
 Politicū cooptari, si statutum loqvatur, ne alii nisi Doctores
 95. & Licentiati elegantur. † Exulet meritō exteris Academiis
 dipterium. Nos sumimus pecuniam & mittimus Asinum in
 Germaniam. Aliꝝ Germaniz Academiz hoc qvidem agant,
 ne dignitas, qvæ dignis debetur, indignis conferatur, & ipsæ li-
 teratorum oſoribus & conjuratis hostibus calumniandi ansam
 ultro subministrent. Qvieqvid sit qvod contra Bullatos non-
 nulli adferunt, nos pro Bullatis in conflictu stabimus, & eorum
 partes defendemus.

96. Porro Reſponſis prudentum antiquorum † assimilant vul-
 gō communes Dd. opinioneſ , ſed qvā ſimilitudine ? Certè ſi
 unqvm certum, ſimile non eſte idem, hie merebitur veritatis
 encomium. Reſponsa namq; qvæ olim ferebantur, tam indubia-
 tati erant Juris, ut Judici ab eorum opinione diſcedere, nedum
 de iis inqvitere liceret, communis autem opinio plerumq; eſt
 incerta , nec verē convenit inter Doctores qvæ ſit communis,
 cum ſapē communis contra communem allegatur , & non
 nunqvm allegatur communis , qvæ communis non eſt, qvod
 plenē tradit Menoch. de prefumpt. 72. p. tot. De qvā opinionum
 varietate exclamat Gravetta, de antiquitate temp. part. 4. §. iſta
 materia singularitateſ q. 23. n. 48. Heu ! miseros litigantes, qvi in
 manus incidunt Doctorum, qvi leges circumferunt in ambabus,
 qvod ajunt, manibus. Pudet me tantæ Dd. varietatis, cur non
 unam atq; alteram opinionem electam habuerunt, qvam firmi-
 ter tenerent? aut ſi mutatio opinionis melior viſa eſt, cur mu-
 tationis & varietatis non reddiderunt rationem? Hæc ille, vid
 Eichard. Conf. lat. 16. n. 18. circa fru. p. 47. Vulgaria qvidem ſunt
 dipteria: Communem opinionem habendam inſtat legis, ſtatuti,
 consuetudinis, tenere virtutem imperandi, vetandi, puniendi,
 eſſe pro communi præſumendum, eſſe eam ſervandam. Lancell.
 Saliaut. in repetit. l. centurio n. 29. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit.
 Gratian. in Confil. 77. August. Baro. in Confil. 91. n. 16. & ſeq.
 Joan. Andr. n. 6. Extr. de confiſtur. Sebaſt. Medic. in tract. de le-
 gib. & ſtarue. p. 2. q. 16. arg. l. Legis virtus ff. de Legib.

Verius

Verius tamen est communem non adeo æquiparari legi de
consuetudini, vel Juri, qvin in multis sit inferior ipsi, lex enim
& jus semper debet attendi & servari, communis vero opinio
non semper, qvod latè declarat, & docet Anton. Maria Corat.
tract. de comm. de opin. tit. 9. per rot. † Judex certè communem 97c 574.
seqvi non debet, si casus in jure communi sit decisus, tunc enim
lex scripta præponderare debet traditioni Doctorum, ad qvam
descendere non licet, nisi iure deficiente, aut sit casus Juris adeo
obscurus, ut interpretationem prudentum, ex qva communis
opinio resultat, desideret, tunc demum opinio illa seqvenda qvæ
magis æqvitate & rectâ ratione nñititur, vel in practicâ habetur,
aut secundum, non contra jura est. Unde vulgatum illud Bartoli:
Tantum credendum est Doctoribus, quantum probant legibus in
l. 9. §. 7. ff. de liberat. legat qvod & disertè vult Justinianus in §. 5.
de concept. Digestor.


Atqve ita † interpretandam existim o. l. 4. ff. de his qui no[n]
infam. † Ubi Ulpianus Sabinum & Casium seqvitur, non qva- 98.
tenus tales, sed qvatenus horum opinio cum veritate & mente le-
gis convenit. Item l. 13. ff. de Excusat tur. Ubi Modestinus ad par-
tes Cervidij, Scævolæ, Pauli, & Ulpiani discedit, non qvod autho-
ritate horum sit allectus, sed qvod hi mentem & sensum legis, qvæ
verbis præponderat, melius explicant per l. scire leges ff. de H. l. 5.
C. eod. plus namq; non operatur Dd. authoritas, qvam juriscri-
pti & rectâ rationis cam ornat veritas, per ea qvæ loquitur Zasius
lib. 7. singul. respns. 21. n. 26. in fin. Unde & sententiam contra com-
munem latam non aliter nullam censeo, qvam si communis sit ve-
ra, hoc est ipsum legis sensum & voluntatem continet, ideo senten-
tia nulla est, non qvod sit contra communem, sed qvad sit con-
tra legē. Plura de communi Dd. opinione scire ac legere cupiens
videat, & legat integrum tractatum de communi Dd. opinione
Anton. Mariae Corat. cum apparatu conscriptum.

Idem Judicium est † de Glossa cui scriptores moderni saniores 99.
authoritatem non tribuunt, si est contra expressum textum, qvam-
vis alioqvin glossæ magna est authoritas, si est secundum Legem,
vel etiam præter legem, qvando Lex est nimis obscura, & glos-
ia in-

sa interpretans Legem, & qvitatatem & rationem continet, iuriq;
 alias conformis, qvod est in ore omnium. † Cynius & alii sui
 100. seculi Dd. dicere soliti, qvemadmodum antiqui Idola adorant
 pro Diis; Ita advocati adorant Glossatores pro Evangelistis,
 qvos secutus Fulgoſius, qui maluit pro se habere glossam, qvam
 textum, ut loquitur in l. ad officium C. Commun. divid. Baldus te-
 net in dubio glossæ adhærendum esse tanquam Carocio verita-
 tis, & qui hoc facit, eum in æternum non errare in l. fin. §. ne-
 cessitatem n. 9. C. de bon. qua liber: Maximè si habeat celebrema
 & famosum Doctorem post se, qvo casu ab ea recedi non o-
 portere vult Jacob. Butrigar. in l. 7. C. qui pro sua Jurisdicti. qvod
 ipsum non esse os in calum ponere refert Coler. de process. Exe-
 cutio. part. 1. c. 10. n. 263.

101. † Qvod utut sit, verius, & rutijs existimo glossæ & Dd. fi-
 dem habendam, qvoties secundum, vel præter Legem, nu-
 quam autem qvoties contra Legem datam loqvuntur, aut opi-
 nantur, cuius mens ex verbis Legis non obscure cognosci potest.
 In summa glossæ & Dd. plus non concedendum, qvam Interpre-
 102. tatio applicativa eis permittit. In confesso est † Glosatores
 licet fuerint eruditissimi, & omnes Leges ad ungverm tenuerint,
 utpote qui ob suam excellentem doctrinam, & eruditionem
 sapientissimi omnium habebantur, à qvorumq; responsis velue
 à Phœnix tripode, aut Sybillæ limine omnes pendebat, qvibusq;
 ob singularem doctrinam leges interpretari ex Privilegio con-
 cedsum fuit, non tamen habuisse Juris condendi potestatem,
 qvod utiq; concedendum esset, si contra Jura & expressum
 textum glossa obtineret sed prius qvisque absurdum asse-
 verabit. Ergo & posterius. Atq; sic de hac
 l. 2. ff. de O. J.

T A N T U M.



VULGO DICATO v die Klapper-Jagd.

33

§. XI.

Quodsi igitur in iudicio petitorio (a) super ipso ita
di iure controuersia mouetur, is, cui solum inferi-
a minor, aut media, venatio data est, a nostro ve-
modo se abstinere debet in locis, vbi ferae maio-
bentur. Is autem, qui duntaxat superiori, siue ma-
audet venatione, tali, vice versa, vti nequit in lo-
ci ferae minores, aut mediae, subsistunt. Ratio as-
tius in promtu est, qui alterius ferae per eiusmo-
nationem disturbantur, et in aliena loca extra ban-
erinum transfugiunt (b). Non debet autem alteri

per

orum numerus praeter necessitatem non sit augendus, si-
lem id quoque non facile permittitur, vt, praedio, cui
venandi cohaereret, inter plures possessores diuiso, in lo-
vnius jaculatoris, qui ante factam diuisionem fuit, postea
es substituantur. Vid. Mandata Regis Prussiae d. 9. Maj.
4. d. 10. April. 1709. d. 8. Mart. 1712.

Actiones, quibus partes litigantes in iudicio petitorio ex-
intur, sunt Confessoria et Negatoria utilis.

Audiamus ante, quam ulterius progredimur, ipsosmet ve-
tes, quibus potissimum in sua arte credendum est. Huc
me faciunt tria luculenta testimonia, quae sequentibus
s concepta sunt:

Steuer der Wahrheit attestire ich Endes, Unterschriebener
1. Schwarzburgischer Ober-Förster hiermit auf Begehrn,
das so genannte Klappern oder Klapper-Jagen, wenn
nehm-

E